

*Instrumentum venditionis di
Gerardo de Palma, di Potenza,
a favore di Giacomo Calciorario*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum venditionis di
Gerardo de Palma, di Potenza,
a favore di Giacomo Calciorario*

1305 novembre 14

† Anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo quinto, regnante domino nostro Karulo secundo, Dei gratia gloriosissimo rege Ierusalem, Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii comite, regnorum eius anno vicesimo primo, feliciter, amen, mense novembris quartodecimo eiusdem, quarte indictionis, apud Potenciam.

In presencia Bernardi de Comestabulo regii iudicis Potencie, Iohannis de Gunella puplici eiusdem terre notarii et testium subscriptorum, ego Girardus de Palma, civis et habitator Potencie, vendo et trado tibi Iacobo Calciorario, civi et habitatori eiusdem terre Potencie, vineale unum omnino desertum, situm in tenimento Potencie in contrata Gallitelli, hiis finibus circumdatum: ab uno latere tenent Robbertus et Palmerius Anatronus fratres, mediante limite, a secundo latere tenet magister Rogerius Pixitella, mediante fossato, a tertio latere tenet ecclesia Sancti Eunufrii, mediante limite, a quarto vero latere tenet Petrus Grimanus, mediante via vicinali. Hoc autem vineale qualiter est prescriptis finibus circumdatum per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis, tibi dicto Iacobo vendo et trado, ut dictum est, pro quo recepi a te tarenos duodecim in karolenis argenti numeratis, totum videlicet precium ipsius venditionis. Quapropter do et trado, tam tibi quam tuis heredibus, liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo volueritis alienandi vineale predistintum. Insuper repromitto tibi et tuis heredibus ipsum defendere et guarentire contra omnes homines, qui te vel tuos heredes de predicto vineali molestare vel inquietare temptaverint

more iudiciorum, et si ego prefatus Girardus vel mei heredes vel aliquis per me vel per meos heredes contra te prefatum Iacobum vel tuos heredes de predicto vineali aliquo tempore venierimus vel ipsum vobis deinceps calumpniati fuerimus seu per quodlibet ingenium ipsum a vobis repetere vel subtrahere quesierimus aut ipsum vobis defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut supradictum est, noluerimus more iudiciorum, debeamus componere, nomine pene, augustales auri viginti, medietatem tibi vel tuis heredibus et alteram medietatem regali curie predicta vendicione nichilominus rata perpetuo permanente, preterea guadium tibi ex eo dedi et fideiussorem de evictione tibi proinde posui Theodorum de Vetro, habitatorem Potencie.

1

Et taliter ego predictus Iohannes de Gunella puplicus Potencie notarius de mandato contrahentium predictorum hoc instrumentum vendicionis scripsi quia interfui et meo solito signo signavi. (SN) † Bernardus scripto iudex testatur in isto. † Ego Angelus presbiter ecclesie Sancti Michaelis interfui. † Ego iaconus MadiusMadius de Sancti ecclesie Michaelis interfui. † Ego Iacobus de Pixitela sudiaconus ecclesie Sancti Michaelis interfui.

2

3

*A ripete*vel subtrahere

Così A

Così A